Etiam valent ad medias. Quod enim oleum tale faciat quod infri-
gidat quod humectat quod exsiccat. Sciendum etiam quod omne oleum
est in respectu illius rei a qua extrahitur. Oleorum autem quedam sunt
de seminibus ut papaveris lini nigelle iusquiami et huiusmodi. Quedam
sunt de nucleis ut amigdalis psiorum (?) nucum pinearum et huiusmodi.
Quedam de lignis ut de iuniperio fraxino corulo et huiusmodi. Quedam
de floribus ut rose viole camomille etc. Quedam de fructibus ut de olivis.
Aliud oleorum quedam fiunt per expressionem quedam per decoctionem quedam per ignis
et compositionem. Illud de nucleis et seminibus generaliter fiunt per expressionem. Nota
bene omnia. De lignis vero fit hoc modo. Scindantur ligna in minutis-
simas pecias et ponantur in olla inferius habente foramen et superius
cooperculum et argilla sigilletur ne quidquam de humore exeat. Et fiat
fossa in qua ponatur alia olla vitreata. Circa vero latera superioris
olle fiat ignis de lignis siccis et quod resudabit in olla inferiore
a lignis hoc usui reservetur. De radicibus autem et herbis sic fit.
Crassitate primo aliquantulum et decoquantur in vino vel aqua. Deinde co-
lentur et oleum addatur colature. Et tunc simul bulliat usque ad consumptionem
colature. Oleum ergo tale reservetur usui. Item fit aliud oleum etiam succo
radicum et herbarum coquitur etiam usque ad consumptionem succi et restruetur.
Similiter etiam quaslibet species pulverizatas possumus decoquere in vino
vel in aqua. Et post decoctionem coletur et colature addito oleo decoquimus
usque ad consumptionem colature. De floribus autem sic fit oleum. Ipsi flores
ponantur in oleo vel in solem ponantur et bene bulliat et tunc usui reservetur.
Nota quod olea attrahunt calorem vel frigiditatem aut humiditatem vel sicci-
tatem ex ipsis rebus que eis apponuntur ut a calidis speciebus et rebus et
floribus vel herbis etiam caliditatem a frigidis frigiditatem etc.
6 Ydroleon secundum Galienum fit ex duabus partibus aque et tertia olei simul decoc-
tis usque ad aque consumptionem. Nunc ad specialia corde descendimus. 7
Oleum rosarum est frigidum et siccum. Et ideo habet stipticam virtutem. Unde
valet contra dolorem capitis ex causa febrili sive acute. Unde valet
etiam contra inflammationem et contra fervorem stomachi et intestinorum
vel exterius in unctione aut bibitione. Et preparatur oleum sic fit. Recipe
rosarum libras iiii et olei libras iii et terantur cum rose recentes et contundantur
aut in mortario scrutentur optime et ponantur in vase vitreo cum oleo
deaurato ore vitri. Et ponatur ad radium solis per x dies et postea
rose exprimantur et reiciantur. Et quod fuit prius de rosis positum cum
tunc de recentibus rosis apponatur. Et si magis velis infrigidare mu-
ltas ponitas rosas in oleo. Postea decoctum cola et usui serva.
Oleum violaceum frigidum et parum humidum. Unde tam humidum quam
frigidum valet enim freneticis et contra dolorem capitis ex febrili
sive de alio aliquo accidenti casu. Valet etiam contra scabiem in
sanguinatorum ex calore et intestinis cum aliis rebus competentibus. Aliter
et fit eodem modo ut de rosis.
Oleum liliaceum fit. Et mitigativum valet etiam et dolorem capitis
ex calore freneticis podagricis et artheticis de calidis mo-
rbis frigidis fit autem sic flores lilii terantur optime